Magna Carta in F.

wherunto is added more statutz than euer was imprynted in any one boke before this tyme/ with an Alminacke & a Calender to know the mootes.

Necessarye for all yong studiers of the lawe.

ANNO Domini M. CCCCC. XXIX.

¶ An almynacke for xxj. yeres.

Numerus annorum.	Aurea numerus	Litera dñica	
m.d.xl.	xxviii	ii	C D
m.d.xli.	xvii Apri	iii	B
m.d.xlii.	vi Apri	iiii	A
m.d.xliii	xxv Mar.	v	G
m.d.xliiii	xiii Apri.	vi	E F
m.d.xlv.	ii Apryl	vii	D
m.d.xlvi	xxii Apri	viii	C
m.d.xlvii	x. Apri.	ix.	B
m.d.xlviii	i Apri.	x	G A
m.d.xlix.	xxi Apri.	xi.	F
m.d.l.	xviii Apri.	xii.	E
m.d.li.	xxix Mar	xiii	D
m.d.lii.	xvii Apri	xiiii	B C
m.d.liii	ii Apri.	xv.	A
m.d.liiii	xxii Mar	xvi	G
m.d.lv.	xiiii Apri	xvii.	F
m.d.lvi.	xxx Mar	xviii	D E
m.d.lvii.	xviii Apri	xix	C
m.d.lviii	x Apri.	xx	B
m.d.lix.	xxvi Mar	ii	A
m.d.lx.	xiiii Apri	iii	F G

¶ who that will knowe Easter day, the golden nombre, the dominicall letter, and the leape yere, from the yere of our lorde god. M.d.xl. to the yere of our Lorde God. M.d.lx. inclusively, beholde this Table in the , and ye shall fynde the foresaid thinges.

Read July 23, 1912

Januarius habet dies. xxxi.

Luna vero. xxx.

iii	A	Circumcisio dñi. ix.l
	b	Octa.sci stephani
xi	c	Oct.sci iohis apl' ⁊ euā.
	d	Oct.sctōꝝ innocentium.
xix	e	Octa.sci Thome apli.
viij	f	Epiphan dñi.ix.l.nō mo
	g	
xvi	A	Luciani presbiteri.
v	b	
	c	Sol in Aquario.
xiii	d	
ii	e	
	f	Oct.epipha.sci hillarij
x	g	Februarij. Sci felicis.
	A	Mauri abbatis
xviii	b	Marcelli epi.
vii	c	Sulpitii epi.S. Antonij
	d	Prisce virginis
xv	e	wolstani epi.ix.l.non mo
iiii	f	Fabiani ⁊ sebast.nō mo
	g	Agnetis. vgis.ix.l.nō mo.
xij	A	Vincētii mr.ix.l. nō mo.
i	b	
	c	
ix	d	Cōuersio pa.ix.l.nō mo.
	e	
xvii	f	Juliani epi.
vj	g	Agnetis scōo.
	A	
xiiii	b	Batildis regine
iii	c	

¶ The fyrst.vi.yeres of mānes birth ⁊ age. May wel be compared to Januere. For in this. Moneth is no strength nor courage. More thā in a chylde of the age of.vi. yeres.

Signe cryme.

Februarius hꝫ dies. xxviii.

In bisexto. xxix. Lũa. xxix.

	b	Hilgide virginis.
xi	c	Purifica.bte ma. ix.l.
xix	d	
viii	e	
	f	
	g	
	A	
xvi	b	Agathe ẏg.mr. ix.l. nō mo
v	c	Uedasti et amandi.
	d	
xiij	e	
ij	f	Sol in piscibus
	g	
	A	
x	b	
xviij	c	Marci. Ualentini.epi.
vij	d	
	e	Juliane virginis
xv	f	
iiij	g	
	A	
xij	b	
j	c	
	d	Cathedra petri.ix.l.
ix	e	
	f	Mathei apli. ix.l.
xvij	g	
vj	A	
	b	
xiiij	c	

The other.vi.yeres, is lyke Februarye
In the ende thereof begynneth the spryngе.
That tyme are Chyldren most apte and redye.
To receyue chastysemente, nurture, and lernynge.

Martius habet dies. xxxi.

Luna vero. xxx.

iiii	b	Dauid epi. ix.l.non mo.
	c	Cede epi.ix.l.non mo.
xi	f	
	g	
xix	A	
viij	b	
	c	Perpetue et felicitas
xvi	d	depositio scti felicis
v	e	Dedic.eccle scti and.l h.
	f	Agape virginis
xiij	g	Querion et Candidi
ij	A	Gregorij epi. non mo.
	b	Theodote matrone
x	c	Sol in Arie Aqui.
	d	Longini martiris.
xviij	e	Apulis.
viij	f	Patricij epi et confessoris
	g	Edwardi reg.ix.l.non mo.
xv	A	Joseph spousi marie.
iiij	b	Cutheberti epi.ix.l.nō mo
	c	Bñdicti abbis.ix.l.nō mo
xij	d	Alfrodosi episcopi
	e	Theodori presbiteri
	f	Agapiti martiris
ix	g	Annuciac. ma.ix.l.nō mo
	A	Castoris mart ris
xvij	b	
vj	c	Dorothee virginis
	d	sancti Victorini
xiiij	e	Sancti Quirini
ij	f	Edelmi episcopi

¶ Marche betokeneth the.vj. yere folowynge. Arayenge the earth with pleasaũt verdure. That seasō youth careth for nothynge. And without thought doth his spoꝛt & pleasure

APrilis habet dies.xxx.

Luna vero. xxix.

	g		Theodote virginis
xi	A		
	b		Richars epi.ix.l.nō mo.
xix	c		Ambrosii epi.ix.l.nō mo
viii	d		
xvi	e		Sixtus ipi.
v	f		ſ. Euphemy
	g		
xiii	A		
ii	b		
	c		Guthlake.
x	d		ℂ Sol in Tauro
	e		Iulius ipi
xviij	f		Wall. Sctōy. tiburci ſs.
vij	g		
	A		
xv	b		Anicete ipi
iiii	c		
	d		Sctī alphegi epi ⁊ mar.
xii	e		Victor epi.
ſ	f		
	g		Sother.
ix	A		Georgij mr. ix.l nō mo
	b		
xvii	c		Marci Euan. ix.l.nō mo
vi	d		
	e		
xiiii	f		Vitalis martiris.
iii	g		Petrus melonē.
	A		Erkenwaldi epi.nō mo.

℣ The next.6.yere maketh.iiii. and twēty. And fygured is to ioly Aprył That tyme of pleasures man hathe most plēty. Freshe and lyuynge his lustes to fulfyll.

HL Maius habet dies.xxxi.

Luna vero. xxx.

xi	d	Phylip.et Jaco.ix.l.non
	c	(mo.
xix	d	Inuẽtio.cruc.ix.l.nõ mo
viij	e	
	f	Sancti Goderde.
xvi	g	Joh.an port. a nõ mo.
v	A	Joh.de Beuerl.non mo.
	b	
xiii	c	Transla.s.Andre.nõ mo
ij	d	Gordiani et epimachi.
	e	
x	f	Nerii soc.et. Sol i geñ.
	g	
xviij	A	
vii	b	Iunij.
	c	Brandine epi
xv	d	
iiii	e	Dioscor martir
	f	Dũstani arc.ix.l.nõ mo.
xii	g	Bernardi.
i	A	
	b	
ix	c	Deside. martiris.
	d	
xvij	e	Aldelm epi 7 ix.l.nõ mo
vj	f	Augustin.angl.ix.l.nõ mo.
	g	
xiiii	A	Germani epi 7 confessa.
iii	b	
	c	
xi	d	Petronille virginis

¶ As in the moneth of May at this is in myght. So at.xxx.yere in is chefe lykyng. pleasaũt 7 lusty, to euery mans syght. In beauty 7 strength to woman pleasynge.

Michi pratum.

HL Junius habet dies. xxx.

Luna vero. xxix.

	e	Nichodemis martiris
xix	f	Marcellini et petri mar.
viij	g	sancti erasmi
xvi	A	Sancti petrocii
v	b	Bonifacii epi et martiris
	c	Mellonis archiepisco
xiij	d	trāsla. sancti Wulstani
ii	e	Medardi et guldar. mart.
	f	Trāsl. edi. arch. xx. nō mo
x	g	Yuonis confessoris
	A	Barnabe apo. ix. l. nō mo.
xviij	b	Basilidis socq; eius
vij	c	Sol in Cancer.
	d	Julii. Basilii episcopi
xv	e	Uiti socq; eius
iiii	f	Trāsl. richar. e. ix. l. nō mo.
	g	Botulphi abbatis
xij	A	Marci socq; eius mart.
i	b	Prothasii socq; eius
	c	Transl. Ed. re. ix. l. nō mo.
ix	d	walburge virginis
	e	Albini pthoni. ix. l. nō mo
xvij.	f	Etheldrede virginis
vij	g	Natiuitas Johis Bapt.
	A	translatio. s. elegii epi.
xiij	b	Johis et pauli
	c	sancti crescentis
iii	d	Leonis epi.
xi.	e	Petri et pauli. ix. l. nō mo
	f	Cōmento. pauli. nō mo.

¶ In June al thyng falleth to ryp-nesse. And so doth man at. xxxvi. yere old. And studyeth for to acquyere ry cheesse. And taketh a wyfe to kepe his housholde.

Epistas declino.

HI Julius habet dies .xxxi.

Luna vero xxx.

xix	g	Octa.sancti Johis bap.
viij	A	Visita.dnoc.et martiū.
	b	Transl.sancti Thome ap.
xvi	c	Transl.mārti.ix.l.nō mo.
v	d	Zoe virginis et martr.
	e	Oct.aplor. petri ⁊ pau.
xiiij	f	
ij	g	depo.s. Grimbaldi
	A	Cirilli episcopi.
x	b	Septem fratrū martyrū
	c	non mo.
xviii	d	nabons et felicis
viij	e	(lares incipiunt.
	f	Sol in leone. Dies conica
xv	g	Trāsl.swithini.ix.l.nō mo.
iiij	A	
	b	Kenelmi regis et martī.
xij	c	Arnulphi martiris
i	d	
	e	Margare.vgi.ix.l.nō mo
ix	f	Praxedis virginis.
	g	Marie mag.ix.l.nō mo.
xvij	A	Appollinari martiris.
v	b	Cpine vginis et martis.
	c	Jacobi apost.non mo.
xiiij	d	An.mkis Ma.ix.l nō mo
iij	e	Septem dormientium.
	f	Samsonis epi.
xi	g	Felicis socīq eius
xix	A	Abdon et sennes
	b	Germani epi.et confess.

¶ At.xl.yere of age or els neuer.
Is any man endued with wisdome
frō thēs forth hȳ might faileth euer
As in July doth euery blossome.

HEre Auguſt hath dies. xxxi.

Luna vera. xxx.

viii	c	Petri ad vincu. ix.l.nō mo
xvi	d	Stephani epi.
ꝑ	e	Inuētio Step. ix.l.nō mo
	f	
xiiii	g	Oſwaldi regis ⁊ marti.
ii	A	Trāſſ.do.Sixt ſo.nō mo
	b	Fm̄ ō no.ie.Do.e nō mo
ꝛ	c	Cyriaci martiris.
	d	Sci Romani martiris.
xviii	e	Laurēti mr. ix.l nō mo.
viii	f	Tyburcii martiris.
	g	
xv	A	Sci ypoliti ſōc̄q⁹ eius.
iiii	b	Septembre Sci euſebij.
	c	Aſſū.ma.nō mo Bol l ꝛ.
xii	d	Armuphi epiſcopi
i	e	Octa.ſancti Laurentij.
	f	Agapiti martiris.
ix	g	Magni martiris.
	A	
xvij	b	
vj	c	Oct.aſſūptionis btē ma
	d	Tymothei et appoſt.
xiiij	e	Bartholomei ap. ix.l.nō
iii	f	mo.
	g	
xi	A	Ruphi martiris
xix	b	Augu.epi ⁊ ō.ix.l nō mo.
	c	Deco.Jo ba. ix.l.nō mo.
viii	d	Felicis ſoc̄q⁹ eius
	e	

¶ The goodꝫ of the earth is gadred euer more. In Auguſt, ſo at. xlviii. yere. Mā ought to gather ſom goodꝫ in store. To ſuſteyne age, that than draweth nere.

Vina propina.

Septembꝛe habet dies .xxx.

Luna vero. xxix.

xvi	f	Egidij abbe. ix.l.nō mo.
v	g	
	A	
xiij	b	Transl. cuthbeꝛti.nō mo
ii	c	Bertini ab. Dies can. fiñ
	d	
x	e	
	f	Natiui.ꝟ.mꝫ. ix.l.nō mo.
xviii	g	
vij	A	
	b	
xv	c	
iiij	d	Sol in Libꝛa (mo.
	e	Octoꝟ.exalt.cru. ix.l.nō
xii	f	Octa.ſan.marie. nō mo.
i	g	Edithe ꝟginis. non mo.
	A	Lamberti epi et martiꝛ.
ix	b	
	c	
xvii	d	
vi	e	Matthei.apo. ix.l. nō mo.
	f	Mauꝛici ſoc.eiꝰ. nō mo.
xiiii	g	Tecle virginis.
iij	A	
	b	Firmini epi et martiꝛis
xi	c	Cipꝛiani ſocꝫ eius.
xix	d	Coſme ſocꝫ eius.
	e	
viij	f	Michael ar. ix.l. non mo.
	g	Jeꝛonim̃ p̃sbit. ix.l.nō mo

¶ Let no man thynke for to gather pleneyt.
If at.liij.yere he haue none.
No more thā if hꝭ barne were empty
In Septembꝛe whan all the corne is gone.

Hemen hunni sacro.

HEre October habet dies .xxxi.

Luna vero .xxx.

xvi	A	Remig. fo. ei⁹. ix.l nō mo
v	b	
xiii	c	Candidi martyris
ii	d	francisci cōfessoris
	e	
f	f	Fidis virginis.
	g	Marcii sociorum ei⁹
xviii	A	
vii	b	Dionisi cū so. ix.l
	c	Generonis socijs eius
xv	d	Nichasii soc. eius
iiii	e	(non mo.
	f	Transl. sancti Ad. regis. ix.l.
xii	g	Calixte epi. Sol in Scor.
i	A	wolfrani epi. ix.l. non mo
	b	Nouēb. Michis l mō. nō
ix	c	mo.
	d	Luce euange. ix.l. nō mo.
xvii	e	Fredeswide virginis
vi	f	
	g	Undecim milia virginū
xiiii	A	
iii	b	Romani epi et confessoris.
	c	
xi	d	Crispi & crispi. ix.l nō mo.
xix	e	
	f	
viii	g	Symonis et Jude. ix.l nō
	A	(mo
xvi	b	
v	c	Quintini martyris

¶ By Octobre betokeneth. ix. yere
That age hastely doth man assayle.
If he haue ought thā it doth appere
To lyue quyetly after his trauayle.

Michi palco flues:

Nouember habet dies.xxx.

Luna vero .xxix.

	d	Omn̄ sanctorum.ix.l.
xiii	e	Cōmūcō. aiarum.ix.l.
ii	f	wenefredi v̄g.ix.l. nō mo.
	g	
	A	
x	b	Leonardi ab.ix.l.nō mo.
xviii	c	
viii	d	Scōr̄ q̄tuor coronato.ix.
	e	Theodori martiris.
xv	f	
iiij	g	Martini ep̄i.ix.l. non mo.
	A	
xii	b	Britij ep̄i. Sol in Sagit.
i	c	Decēbr̄, Kr.e.ix.l.nō mo
	d	Machuti ep̄i.ix.l.nō mo
ix	e	Edmunde ar.ix.l.nō mo.
	f	Aniani ep̄i. hugo. ep̄i.ix.l
xvii	g	Octa. scti martini. non mo.
vi	A	
	b	Edmūdi regi.ix.l.nō mo
xviij	c	
iii	d	Cecille v̄gi..ix.l.nō mo.
	e	Clementi ep̄i.ix.l.nō mo.
xi	f	Crisogoni martiris.
xix	g	Katherine v̄g.ix.l.nō mo
	A	Lini ep̄i et martis.
viij	b	
	c	
xvi	d	Saturni martyris
v	e	Andree ap̄li.ix.l.

¶ whan man is at.lxvi. yere olde,
Which likened is to barreyne Monēth
he wexeth vnwelēly, sehely, & colde.
Thē hi soule helth is time to remēbi.

December hꝫ dies xxxi.

Luna vero.xxx.

xiiij	f	
ii	g	
	A	
x	b	
	c	
xviiij	d	Nichol.epi.ix.l.nō mo.
vii	e	Octa.andree apostoli.
	f	Concept.mā.ix.l.nō mo.
xv	g	
iiij	A	
	b	
xii	c	Sol in Capricorno.
i	d	Lucie vg.ℭ mā.ix.l.nō mo
	e	Januarij.
ix	f	
	g	O sapientia.
xviij	A	
vi	b	
	c	
xiiij	d	
iiij	e	Thome apli.ix.l.nō mo.
	f	
xi	g	
xix	A	
	b	Natiuitas dñi.ix.l.
viii	c	Sci.stephā.pthō.ix.l.
	d	Johis apli et ēuan.ix.l.
xvj	e	Scōꝝ innocētiū.ix.l.
v	f	
	g	
xiii	A	Siluestri epi.ix.l.

℣ The yere by Decēbre taketh his ende. And so doth mā, at thye score & twelue. Nature with age wil him on message sēde. The time is come that he must go him selfe.



MAGNA CARTA EDIta, Anno Nono Henrici iii. Et confirmata. An. 28. Ed. i.

Edwardus dei gratia, rex Anglie, dominus hybernie, & dux Aquitanie, archiepiscopis episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, Justic', vic' prepositis, ministris, et omnibus ballivis, et fidelibus suis salutem. Inspeximus magnam Cartam domini H. quondam regis Anglie patris nostri de libertatibus Anglie, in hec verba.

HENricus dei gratia, rex Anglie, dominus hybernie, dux Normannie, Aquitan' et comes Andeg. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, vic' prepositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, patrem Carte inspexerit, salutem. Sciatis q nos intuitu dei, et pro salute anime nostre, et animarum antecessorum, et successorum nostrorum quondam regum Anglie, ad exaltationem sce ecclie, & emendationem regni nostri spontanea et bona voluntate nostra dedimus et concessimus archiepiscopis, episcopis, abbatibus prioribus, comitibus, baronibus, et omnibus liberis de regno nostro has libertates subscriptas tenendas in regno nostro Anglie imperpetuum.

IN primis concessimus deo, et hac pnti Carta nostra confirmauimus q nos et hered nostri in perpetuum, quod ecclesia Anglicana libera sit, &

hēat eis iura sua integra et libertates suas illesas. Capitulo. pmo.

¶ Concessimus etiā et hac nostra carta nobis et heredibus nostris imperpetuum has libertates subscriptas tenēdas et habendas eis et heredibus suis de nobis et heredibus nostris imperpetuum. Capitulo.

¶ Si quis com̄ vel baron̄ noster siue aliquis tenentiū de nobis in exercitu per scutagium militare mortuus fuerit, et cum decesserit heres eius plene etatis fuerit, et relevium nobis debeat: hēat hereditatem suam per antiquū relevium, scz heres vel heredes comitis de com̄ integro p centū libras: heres vel heredes baronis de baronia integra p centū marcas: heres vel heredes militis de feodo militis integro per centum solidos ad plus. Et qui minus habuerit minus det secundum antiquam cōsuetudinem feodorum. Capitulo.

¶ Si autem heres alicuius talium fuerit infra etatē, dominus eius non habeat custodiam eius nec terre sue antequā homagium eius ceperit. Et postq̄ talis heres fuerit in custodia cum ad etatē pervenerit, scilicet xxi. annorum, habeat hereditatē suam sine relevio et sine fine: ita tamen q̄ si ipse (dum infra etatem fuerit) fiat miles: nichilominus terra remaneat in custodia dominorum suorum vsq̄ ad terminum predictum. Capitulo.

¶ Custos terre hūiusmodi heredis, qui infra etatē fuerit, non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus et rationabiles consuetudines et rationabilia

donabilis fuerit, et hoc sine destructione et vasto hominū et rerum. Et si nos commiserimus custodiam alicuius talis terre vic. vel alicui alij, qui de exitibus terre illius nobis debeat respondere, et ille de custodia illa destructionem vel vastū fecerit, nos ab eo capiemus emendā, et terra committat duobus legis. et discretis hominibus de feodo illo, qui de exitibus terre illius nobis respondeant, vel illi cui nos assignauerimus. Et si dederimus vel vendiderimus alicui custodiā alicuius talis terre, et ille inde destructionem fecerit vel vastum, amittat illam custodiam, et tradatur duobus legis, bolbus de feodo illo, ligeis
ut predictum est, qui similiter nobis respondeant, sicut predictum est. Cap. v.

¶ Custos autem tamdiu custodiā terre hmoi heredis habuerit, sustentet domos, parcos, vuaf/stagna, molendina et cetera ad terrā illam pertinentia de exitibus terre eiusdem, et reddat heredi cum ad plenam etatem peruenerit, terrā suam tot instaurat de carucis et omnibus aliis rebus admnus sicut illam recepit. hec omnia obseruētur de custodiis archiepatuum, episcopatuum/abbathiarū, prioratuum/ecclesiarum et dignitatum vacantiū, q̄ ad nos pertinent; excepto q̄ custos huiusmodi vendi non debent. Cap. vj.

¶ Heredes autem maritentur absq; disparagatione. Cap. vij.

¶ Vidua post mortem mariti sui statim et sine difficultate aliqua habeat maritagiū suum et hereditatem suam, nec aliquid det pro dote sua/nec pro maritagio suo, vel p̄ hereditate

sua, quam hereditatem maritus su-
us & ipsa tenuerint simul die obitus
ipsius mariti sui, et maneat in capi-
tali mesuagio mariti sui, per quadra-
ginta dies post obitum mariti sui: in-
tra quos dies assignetur ei dos sua;
nisi prius ei assignata fuerit, vel nisi
dominus illa sit castrum: et si de ca-
stro recesserit, statim domus ei com-
petens prouideatur; in qua possit hos-
neste morari, quousq; dos sua ei assi-
gnetur scdm q predictum est, et habeat
rationabile estoueriam sum interim
de cōi, assignetur autem ei pro dote
sua tertia pars totius terre mariti sui
q fuit sua in vita sua: nisi de minori
fuerit dotata ad ostium ecclesie. Nul-
la vidua distringatur ad se marit-
¶ Ita tamen quod securitatem fac-
at, q se non maritabit sine assensu no-
stro: si de nobis tenuerit; vel sine assē
su dñi sui: si de alio tenuerit. Ca. viii.
¶ Nos vero, vel ballium nostri non
seisiemus terram aliquam vel red-
ditum pro debito aliquo q̄diu catal-
la & debitoris presentia sufficiunt ad
debitum reddend̄: et ipse debitor pa-
ratus sit inde satisfacere. Nec plegii
debitoris distringantur, q̄diu ipse ca-
pitalis debitor sufficiat ad solutionē
ipsius debiti. Et si capitalis debitor
deficerit in solutione debiti, non hēs
vnde soluat: aut reddere noluerit, cū
possit: plegii de debito rñdeant: et si
voluerint, habeant terras et reddi-
tus debitoris, quousq; sit eis satisfact de
debito, quod antea pro eo soluerint;
nisi capitalis debitor monstrauerit
se inde esse quiet versus eosdem ple-
gios. Cap. ix.

¶ Ciuitas

¶ Ciuitas Londñ habeat omnes libertates suas antiquas & consuetudines suas quas habere consueuit. Preterea volumus et concedimus q̄ omnes alie ciuitates, burgi & ville, & barones de quinq; portubus: et omnes alii portus habeant omnes libertates et liberas cōsuetudines suas. Capitulo. .i.

¶ Nullus distringatur ad faciendū maius seruitium de feodo militis, nec de alio libero tenemē, q̄m inde debetur. Cap. .ij.

¶ Communia placita non sequantur Curiam nostram, sed teneantur in aliquo loco certo. Cap. .iij.

¶ Recognitiones de noua disseisina et de morte antecessoris non capiant nisi in suis com, et hoc modo. Nos vero si terra regnū fuerimus, capitales iustic̄ nr̄i mittent iustic̄ nostros p vnū quemq; com semel in anno: qui cum militibus eorundem com capiant in comitatu illis assisas predict et ea, que in aduentu suo in illo comitatu per iustic̄ nostros predictos ad dictas assisas capiend̄ missos terminari non p̄nt, per eosdem terminent vbi in itinere suo: et ea, que per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorū determinari non possunt, referant ad iustic̄ nostros de banco: et ibi terminentur. Cap. .iiij.

¶ Assise de vltima presentatione s̄es per capiantur coram iustic̄ de banco et ibi terminentur. Cap. .v.

¶ Liber homo non amercietur pro paruo delicto nisi secundum modum illius delicti, et pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salua

dni cõtenemento suo; et mercator eo-
dem modo salua mercandisa sua, et
villanus alterius ꝑ nr̃ eodem modo
amercietur, saluo wainagio suo si
incident in miam nostram: Et nul-
la predictarum miarum ponatur nisi
per sacm̃ proborum et legal̃ hom̃ de
vicineto. Comites et barones non a-
mercientur nisi per pares suos: et
nisi secundum modum delicti. Nulla
ecclesiastica persona amercietur se-
cundum ꝓportionem beneficij sui eccle-
siastici, sed secundũ laicum tenẽ suum
et secundum ꝓportionem delicti. Cap. xv.

¶ Nulla villa nec liber homo distri-
gatur facere pontes aut ripparias,
nisi qui ab antiquo et de iure facere
consueuerunt tempore henrici regis
aui nostri. Cap. xvi.

¶ Nulle ripparie defendantur de cete-
ro nisi ille que fuer̃ in defenso tẽpore
henrici regis aui nostri per eadẽ lo-
ca et eosdem terminos sicut esse con-
sueuerunt tempore suo. Cap. xvii.

¶ Nullus vic̃, cõstabularius, escae-
tor, coronator, vel alij ballini nostri
teneant placita corone nr̃e. Ca. xviii.

¶ Si quis tenens de nobis laicum
feodũ moriatur, et vic̃, vel ballinus
noster ostendat litteras nostras pa-
tẽtes de sum̃ de debito, quod defũct⁹
nobis debuit: liceat vic̃, vel ballino
nostro attachiare et imbreuiare om-
nia bona et catalla defuncti inuenta
in laico feodo ad valentiam ipsius
debiti per visum & testimonium legal̃
hominum, ita tamen ꝙ nihil inde a-
moueatur, donec persoluatur nobis
debitum: quod clarum fuerit: et resi-
duum relinquatur executoribus ad
faciendum

ſuſcipiendum teſtamentum defuncti. Et ſi nihil nobis deberat ab ipſo, omnia catalla cedant defuncto, ſaluis vxori eius et pueris ſuis rationabilibus partibus ſuis. Cap. xix.

¶ Nullus conſtabularius vel ciſ. ballinus capiat blada vel alia catalla alicuius, qui nō ſit in villa vbi caſtrū ſumm ſitum eſt, niſi ſtatim reddat denarios, aut reſpectum inde habere poſſit de voluntate venditoris. Si autez de villa illa fuerit, infra quadraginta dies pretium reddat. Cap. xx.

¶ Nullus conſtabularius diſtringat aliquē militem ad dandū denarios pro cuſtod caſtri, ſi ipſe eam facere voluerit in propria perſona ſua, vel per alium probum hominem faciat, ſi ipſe eam facere non poſſit propter rationabilem cauſam. Et ſi nos adduxerimus vel miſerimus eum in exercitum, ſit quietus de cuſtodia caſtri ſecundum quantitatem temporis quo per nos fuerit in exercitu de feodo, pro quo facit ſeruitium nobis in exercitu. Capitulo. xxi.

¶ Nullus vicecomes vel ballius nr, vel alicuius alius capiat equos vel carectas alicuius p cariagio faciendo, niſi reddat libertationes antiquas ſtatutas: ſcz pro carecta ad duos eqs decem denarios per diem, et p carecta ad tres equos, xiiij. denarios per diē. Nulla carecta dñica alicuius perſone eccleſiaſtice vel militis, vel alterius dominum, per ballinos noſtros capiatur, nec nos, nec ballini noſtri, nec alii capiemus boſcum alienū ad caſtra vel ad alia agenda noſtra: niſi p voluntatem illius, cuius boſcus ille

fuerit. Cap. xvij.

¶ Nos non tenebimus terras illorum qui conuicti fuerint de felonia, nisi per vnum annum et vnum diem: et tunc reddantur terre ille dñis feodorum. Cap. xviij.

¶ Oēs Kideli deponūtur de cetero penit⁹ p Thamesiam, et Medewey, anet per totam Angl' nisi per costeram maris. Cap. xviij.

¶ Breue quod vocatur precipe in capite de cetero non fiat alicui de aliquo libero teñ, vnde liber homo perdat curiam suam. Capitulo. xxv.

¶ Una mensura vini sit per totum regnum nostrum, et vna mensura cervisie, et vna mensura bladi quarterū Londoñ, et vna latitudo pannorum tinctorū russatorū et haubergettorū, scz duo vlne infra listas. De ponderibus vero sit sicut de mēsuris. Ca. xxvj.

¶ Nihil de cetero det⁹ vel capiet⁹ inquisitionē ab eo, qui inquisitionē petit de vita vel de membris, sed gratis concedatur, et nō negetur. Cap. xxvij.

¶ Si aliqui teneant de nobis per feodi firmam, vel per socagiū, vel burgagium, et de alio teneant terrā per seruicium militare, nos non habebimus custodiam heredis nec terre sue que est de feodo alterius occasione alicuius feodi firme vel socagij vel burgagij. Nec habebimus custodiam alicuius feodi firme vel socagij vel burgagij, nisi ipsa feodi firma nobis debeat seruitium militare. Nos non habebimus custodiam heredis vel alicuius terre, quā tenet de aliquo alio per seruitium militare occasione alicuius parue seruitutis, quam tenet de

nobis

nobꝭ ꝙ fuitiū reddend nob cultellos, sagittas, vel huiusmodi. Cap. xxviij.

¶ Null⁹ ballius de cetero ponat aliquē ad legē manifestā nec ad iuramentū simplici loquela sua sum testibus fidelib⁹ ad hoc inducꝭ. Cs. xxix.

¶ Null⁹ liber homo capiatur vel imprisonetur aut dissesietur deliberо ten suo vel libertatibus vel liberis conseruis suis, aut vtlagetur, aut exuletur, aut aliquo modo destruatur, nec super eum ibimus/nec super eum mittem⁹, nisi ꝑ legē terre. Nulli vendem⁹/nulli negabim⁹ aut differem⁹ iusticiam vel rectum. Cap. xxx.

¶ Oēs mercatores (nisi publice ante prohibiti fuerint) habeant saluum et securum conductum exire de Anglia et venire in Angliam: et morari et ire per Angliam tam per terram q̄ per aquam ad emendū vel vendendum sine omnib⁹ malis tolnetis per antiquas & rectas consuetudines preterq̄ in tpe guerre. Et si sint de terre cōtra nos guerrina et tales inuenīantur in terra nostra/in principio guerre attachientur sine damno corporum suorū et rerum: donec sciatur a nobis vel a capitali iustic nostro q̄modo mercatores terre nostre tractantur, qui tunc inuenīantur in terra illis contra nos guerrina. Et si nri salui sint ibi & alij salui sint in terra nr̄a. Cap. xxxj.

¶ Si quis tenuerit de aliqua escaeta sicut de honore walyngford, Notingh. Boloñ et de alijs escaetis, que sunt in manu nostra & sint baronie & obierit, heres eius non det aliud relevij nec faciet nobis aliud seruicium q̄ faceret baro, si baronia esset in manu

Baronis, et nos eodem modo eis⁹ habebimus/quo baro eam tenuit. Nec nos occasione talis baronie vel escaete habebimus aliquam escaetā vel custodiā aliquor⁹ nostrō⁹ hominū, nisi de nobis alibi tenuerit in capite / ille qui tenuit baroniam vel escaetam illam. Cap.xxxij.

¶ Nullus liber homo det de cetero amplius alicui, vel vendat de terra sua, q̄ vt de residuo terre sue possit sufficiēter fieri domino feodi seruicium ei debitum/quod̄ pertinet ad feodum illud. Cap.xxxiij.

¶ Omnes patroni abbathiarum, q̄ hāt cartas regum Anglie de aduocatione vel antiquam tenuram vel possessionē, hēant earum custodiam cū vacarint, sicut habere debent et consueuerunt/sicut superius declaratum est. Cap.xxxiij.

¶ Null⁹ capiatur aut imprisonetur propter appellū femine de morte alterius q̄ viri sui. Cap.xxxv.

¶ Nullus comitat⁹ de cetero tenea-tur nisi de mense in mensē: et vbi maior terminus esse solebat, maior sit. Nec aliquis vic⁹ vel b⁹llu⁹ suus faciat turnum suum per hundr̄ nisi bis in anno: et non nisi in loco debito et cōsueto, vz semel post Paschā: et semel post festum sancti Michael. Et visus defranci plegii tunc fiat ad illum terminum sancti Michaelis sine occasione. Ita vz q̄ quilibet habeat libertates suas: quas habuit vel habere cōsueuit tēpore regis H. aut⁹ nostri, vel quas postea requisuit. Fiat aūt vn⁹ de franci plegii sic vz quod pax nostra teneatur: et trithinga teneat

integra

integra sicut esse consuevit: et quod vic̃ nõquerat occasiones: et quod contentus sit de eo quod vic̃ hẽre constitit de visu suo faciẽdo tempore hẽi. regis ani nr̃i. Cap.xxxvj.

¶ Nec liceat de cetero alicui dare terram suam alicui domui religiose ita quod illam, resumat de eadẽ domo tenendã. Nec liceat alicui domui religiose terrã alicuius sic accipere: qõ tradat illam illi, a quo eam recepit tenendã. Si qs autẽ de cetero terram suam alicui domui religiose sic dederit: et super hoc puincatur: donũ suũ penitus cassetur, et terra illa domino illi⁹ feodi ituri. Ca.xxxvij.

¶ Scutagium de cetero capiatur sicut capi consuevit tempore hen. regis aui nostri, et salue sint archiepis, episcopis, abbatibus, prioribus, templariis, hospitalariis, comitibus, baronibus, et omnibus aliis tam ecclesiasticis personis q̃ secularibus omnes libertates et libere consuetudines: quas prius habuerint. Omnes autẽ istas p̃suetudines et libertates: quas concessimus in regno nostro tenendã quantum ad nos pertinet erga nos et heredes nostros obseruem⁹, et omnes de regno nostro tã clerici q̃ laici obseruent (quantũ ad se pertinẽt) erga suos. Pro hac autem donatione et concessione libertatum istarum et aliarum libertatum contentarum in Carta nostra de libertatibus foreste archiepiscopi, episcopi, abbates, pores, comites, barones, milites, et libere tenentes, et omnes de regno nostro dederunt nobis quintodecimam partem omnium mobilium suorum

Concessi

Concessimus etiam eisdem pro nob⁹ et heredibus nostris, quod nec nos nec heredes nostri aliquid perquiremus, per quod libertates in hac carta contente infringantur vel infirmẽtur. Et si ab aliquo contra hoc aliquid perquisitum fuerit, nihil valeat ⁊ pro nullo habeatur. ꝓis testib⁹ Bonifacio Cantuarien archiepiscopo, R. Londoñ episcopo, ⁊ aliis. Datum apud westm̃. x. die Februarij. Anno regni nostri nono.

¶ Nos autem donationes et concessiones predictas ratas hñtes, et gratas eas pro nobis et hered⁹ nostris concedimus ⁊ confirmauimus, eas⁹q; tenore presentium innouamus, volẽtes et concedãtes pro nobis et hered⁹ nostris, q; carta nostra predicta in omnibus et singulis suis articulis in perpetuũ firmiter et inuiolabiliter obseruetur: etiam si aliqui articuli in eadem carta contenti hucusq; forsitam non fuerint obseruati, de cetero obseruentur. ꝓis testibus venerabilibus patribus R. Cantuarien archiepiscopo totius Anglie primate/H. dunolm̃ episcopo. ⁊c. Datum per manũ nostraz apud westm̃. xxviij. die Marcij. Anno regni nr̃i vicesimo octauo.

¶ Explicit Magna carta.

CARTA DE FORESTA edita. Anno henrici. iij.

EDwardus dei gratia, rex Anglie, domin⁹ hybernie, et dux Aquitanie/archiepiscopis episcopis, abbatibus, prioribus/com̃i baron̄ iustic̃ vic̃, prepositis, ministris, et omnib⁹

ballium et fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam domini H. quondam reg. Anglie patris nostri de foresta in hec verba. Henricus dei gratia &c. vt̄s in principio Magne carte Capitulo. primo. H:

¶ In primis omnes foreste, quas H. auus noster afforestauit, videātur p bonos et leg. homines, et si boscum aliquem aliud q̄ suum dominicum afforestauerit ad damnum illius, cui? boscus ille fuerit, statim deafforestetur. Et si boscum suum proprium afforestauerit: remaneat foresta, salua cōia de herbagio et aliis in eadem foresta illis, qui prius eam hēre consueuerunt. Cap. ij.

¶ Homines vero qui manent extra forestam non veniant de cetero coram Justic̄ nostris de foresta per cōes summonitiones, nisi sint implacitat̄ vel plegij alicuius vel aliquorum, qui attachiati sunt propter forestā. Ca. iij.

¶ Omnes autem bosci qui fuerunt afforestati per regem Richardum auunculum nostrum, vel per regem Johannem patrem nostrum, vsq; ad primam coronationem nostram, statim de afforestantur, nisi sit dominicus boscus noster. Cap. iiij. R:

¶ Archiepiscopi, episcopi, abbates, priores comites, barones, milites, et libere tenentes qui habent boscos suos in foresta, habeant boscos suos sicut eos habuerunt tempore primē coronationis regis henrici aui nostri: ita quod quieti sint in perpetuum de omnibus purpresturis vastis et assartis factis in illis boscis post illud tempus vsq; ad principium secundi H:

undi anni coronationis nostre. ¶ Et de cetero vastū purpresturam vel assartum sine licentia nostra in illis fecerint de vastis purpresturis et assartis nobis respondeant. Cap. v.

¶ Regardatores nostri eant per forestam ad faciendum regardum sicut fieri consueuit tempore prime coronationis regis henrici aui nostri, et non aliter. Cap. vi.

¶ Inquisitio vel visus de expeditatione canum existentium in foresta nra de cetero fiat qñ fieri dz regardum, scz de tertio anno i tercium annum, et tunc fiat per visum ⁊ testimonium legis hominum: et non aliter. Et ille cuius canis inuent⁹ fuerit tūc non expeditatus, det pro misericordia tres solidos: et de cetero nullus bos capiatur pro expeditatione canum. Talis autem expeditatio fiat per assisam communiter vsitatem, vt delicet quod tres ortelli abscindantur sine pellota de pede āteriori. Nec expeditent canes de cetero nisi in locis vbi consueuerunt expeditari tempore prime coronationis predicti regis henrici aui nostri. Cap. vii.

¶ Nullus forestarius vel bedellus de cetero faciat scotalas vel colligat herbas, vel aue nam, vel bladum aliquod vel agnos vel porcellos nec aliquam collectam faciat nisi per visum et sacm. rij. regardatorum, qñ facient regardum. Tot forestarij ponantur ad forestas custodiend quod ad illas custodiend rationabiliter viderint sufficere. Cap. viij

¶ Nullum Swanimotum de cetero teneatur in regno nostro nisi ter i an-

uo, vel in principio. xv. dierū ante festum sancti Michaelis quando agistatores nostri conuenient agistandū dominicos boscos nostros, et circa festum sancti Martini in hyeme, qñ agistatores nostri debēt recipere pānagium nostrum. Et ad ista duo swanimota conueniant forestarij viridarij et agistatores et nulli alij per districtionem. Et tertium swanimotum teneatur initio. xv. dierum ante festū sancti Joannis baptiste, quando agistatores nostri conuenient pro venatione bestiarum nostrarum. Et ad istud swanimotum teuenō conuenient forestarij viridarij et non alij per districtionem. Preterea singulis. xl. diebus per totum annum conuenient forestarij et viridarij ad videndū attrachiamenta de foresta tam de viridi q̄ de venatione per presentationem ipsorum forestariorum et coram ipsis attachiat. Predicta autem swanimota non teneantur nisi in com, in quibus teneri consueuerunt. Cap. xv.

¶ Unusquisq; liber hō agistet boscū suum in Foresta pro voluntate sua, et habeat pannagium suum. Concedimus etiam q̄ unusquisq; liber homo ducere possit porcos suos per dominicum boscum nostrum libere et sine impedimento ad agistandum eos in boscis suis propriis vel alibi vbi voluerit. Et si porci alicuius liberi hominis vnā nocte pernoctauerint in foresta nostra non inde occasionetur inde aliquid de suo pdat. Cap. xvi.

¶ Nullus de cetero amittat vitam vel membra pro venatione nostra. Sed si quis captus fuerit et conuictus

de cap.

de captione venationis nostre gratis
ter reddimat, si habeat vnde redimi
possit. Si autem non habeat vnde re
dimi possit, liceat in prisona nostra
per vnum annum et vnum diem. Et
si post vnum annum et vnum diem ple
gis inuenire possit, eat de prisona
sin autem abiuret regnum Anglie.

Capitulo. xj.

¶ Quicunq; archiepus, epus, com,
vel baron, veniens ad nos ad man
datum nostrum, transierit per fores
tam nostram, liceat ei capere vnam
bestiam vel duas per visum Foreste
rij si phs fuerit, sinante faciat con
nare: ne videat hoc fuisse facere. Item
liceat eis redeundo facere sicut
predictum est.

Capitulo. xij.

¶ Unusquisq; liber homo de cetero
sine occasione faciat in bosco suo vel
in terra sua siue in aqua, quam ha
bet in foresta nostra, molendinum, vivarium,
stagnarium, marleram, fossat
vel terram arrabilem extra coopertu
terra arrabilata quod nō sit ad no
cumentū alicuius vicini.

Cap. xiij.

¶ Unusquisq; liber homo habeat in
boscis suis aereas, accipitrum espre
uas: falconum, aquilarum, et hiere
mum, habeat similiter mel qđ inuent
fuerit in boscis suis.

Cap. xiij.

¶ Nullus forestarius de cetero qui
non sit forestarius de feodo: reddens
nobis firmam pro ballina sua: capi
at chymmagium aliquod in ballina
sua. Forestarius autem de feodo fir
mam nobis reddens pro ballina sua
capiat chymmagium videlicet pro
carecta per dimidium annum duos
denarios, et per alium dimidiū an

nam

dum duos veruarios, et pro equo qui portat summagium per diem dimidium unum obolum et per alium dimidium annum obolum, et non nisi de illis qui extra balliuam suam cum mercatores venium per licentiã sui in balliuam suam ad buscã maremum corticem vel carbonis emend et alibi ducend ad vendendum vis voluerunt. Et de nulla alia careta vel summagio aliquo alio chyminũ giũ capiatur. Et non capiatur chyminagium nisi in locis in quibus antiquitus capi solebat et debuit: illi autem qui portant supra dorsum suum buscam, corticem vel carbonem ad vendend, cuius unde vuant, nullum de cetero dent chyminagium foresta rius nostris, preterq; in dominicis boscis nostris. Cap. xv.

¶ Omnes vicecomites pro foresta tam q̃ pro alijs regis q̃, alij nostri vsq; ad primam coronationem nostram veniant ad patrem nostrum sine impedimento, et salvos pleg, nobis inuenerint, quod de cetero non fecerint nobis in foresta nra. Cap. xvj.

¶ Nullus constabularius, castellanus vel balliuus teneat placita de foresta, siue de viridi, siue de venatione nisi forte quilibet forestarius de feodo suo teneat placita de foresta: tam de viridi q̃ de venatione, et ea presentet viridariis prouinciarum, et cum inrotulata fuerint, et sub sigillis viridariorum inclusa presententur capitalibus iusticiis nostris de foresta, cũ in partes illas venerint ad tenendum placita de foresta, et coram eis terminentur. Has autem libertates de

foresta

foreſtis conceſſimus omnibus. ꝛc. Vnde
mus archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitib⁹ / baronib⁹
militibus, et aliis tam perſonis eccleſiaſticis ⁊ ſecularibus, templariis
et hoſpitularius libertatibus et liberis conſuetudinibus in foreſtis et extra warrennis et aliis, quas prius habuerunt. Omnes autem iſtas conſuetudines. ꝛc. vt in fine magne Carte. Nos autez donationes. ꝛc. vt in fine eiuſdē Magne carte. ꝛc.

¶ Explicit Carta de foreſta.

¶ INCIPIT STATVtum de Merton edita Anno. xx. Henrici. iii. &c.

3 Romiſſum eſt in Curia domini regis apud Merton die Mercurii in craſtino ſancti Vincentii anno regis henrici filii Johannis. xx. coram Rᵒ Cantuarienſi archiepiſcopo et coepis ſuffraganeis ſuis et coram maiori parte comitum et baronum Anglie ibidem exiſtentium poſt coronationē ipſius domini regis et Alienore regine, pro quo omnes vocati fuerunt cum tractatum eſſet de communi vtilitate regni nuper articulis ſubſcriptis, ita prouiſum ⁊ fuit conceſſum tam a predictis archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, ⁊ ab ipſo rege et aliis.

1 De viduis primo que poſt mortem virorum ſuorum appellantur de dotibus

dotibus suis: et dotes suas vel quarentenam habere nō possunt sine plito, videlicet q̄ quicunq; defortiauerit eas dotes suas vel quarentenā suam de tenementis de quibus vir suus obierit seisit, et ipse vidue postea per plīm recuperauerint: ipsi qui de iniusto defortiamento conuicti fuerint reddant eisdem viduis damna sua, scilicet valorem totius dotis eas contingētis a tēpore mortis virorū suorum vsq; ad diē quo ipse vidue per iudicium curie seisinam suam inde recuperauerint: et nihilominus ipsi defortiatores sint in misericordia domini regis.

2 Item omnes vidue de cetero possint ligare bladа sua de terra sua tā de dotibus suis q̄ de aliis terris et tenementis suis saluis seruitiis dominorum de feodo, que de dotibus et aliis teñ suis debentur.

3 Item si quis fuerit disseisit de libero teñ suo, et coram Justic̄ itinerantibus seisinā suam recuperauerit per Assisā nouę disseisine, vel per recognitionem eorum qui fecerint disseisinam, et ipse disseisitus per vic̄ seisinam suam habuerit, si idem disseisitores postea post iter Justic̄ vel infra de eodem teñ iterum eundem conquerentem disseisiuerint, et inde conuicti fuerint, statim capiantur et in prisona domini regis detineantur quousq; per dominum regem redēptionem vel aliquo alio modo deliberentur. Et hec est forma qualiter tales conuicti puniri debeant: videlicet cum conquerentes ad curiam venire habeant bene domini regis vic̄ de

retur

rectum: in quo contineatur eorū narratio de disseisina facta sup disseisinā. Et ideo mandetur vic̄, q̄ assumptis secum custodibus placitorum corone domini regis & aliis legis militibus in propria persona sua accedat ad ten̄ illud vel ad pasturam illam, de quibus facta fuerit querela, et cor̄ eis per primos iuratores et per alios vicinos et legis homines diligentem inde faciat inquisitionē. Et si ipsum iterum inuenerint disseisitum (sicut predictum est) tunc faciant secundum prouisionem predictam: sin autem sit conquerens in misericordia domini regis, et alius quietus recedat nec debet vic̄ sine speciali precepto domini regis huiusmodi loquelam prosequi. Eodem modo fiat de illis, qui sesinam recuperauerit per assisam mortis antecessoris et de omnibus terris et ten̄ recuperat̄ per Jurat̄ in curia domini regis, si postea disseisiti fuerint a prioribus deforciatoribus, versus quos recuperauerint per Jurat̄ quoquomodo.

4. Item quia multi magnates Anglie qui feoffauerunt multos et liberē tenentes suos de partibus tenementis in magnis maneriis suis questi fuerunt, quod commodum suum facere non potuerunt de residuo maneriorum suorū sicut de vastis, boscis, et pasturis, cum ipsi feoffati habeāt sufficientem pasturam quantum pertinet ad ten̄ suā, ita prouisum est et concessum, quod quicunq; huiusmodi feoffati assisam none disseisine deferant de communis pasture sue: et coram iustic̄ recognitum fuerit quod

tantam

tantam pasturam habeant, quantū sufficit ad ten̄ sua: et quod habeant liberum ingr̄m et egr̄m de ten̄ suis vsq; ad pasturam suā: tunc inde sint contenti, et illi de quibus cōiq̄ste fuerint recedant quieti de hoc quod commodū fuerit de terris vastis bosc̄is et pasturis fecerint. Si autem dixerint quod sufficientem pasturam non habeant vel sufficientem ingressum et egressum quantū pertinet ad ten̄ suā, tunc inquiratur veritas per assisam. Et si per assisam recognitū fuerit quod per eosdem defforciatores in aliquo fuerit impeditus eorū ingressus vel egressus, vel quod non habeant sufficientem pasturā et sufficientem ingressum et egressum, sicut predictum est, tunc recuperent sesinam suam per visum iuratorū: ita quod per discretionem et sacrm eorū habeant conquerentes sufficientem pasturam et sufficientē ingressum et egressum in forma predicta, et dissetsitores siut in misericordia domini regis, et pamna reddant sicut reddi solent ante prouisionem istā. Si autem recognitum fuerit per assisam, quod conquerentes sufficientem habeant pasturam cum libero et sufficienti ingressu et egressu, sicut predictum est, tunc licite faciant alij commodū suum de residuo, et recedant de illa assisa quieti.

5 Similiter prouisum est et a domino rege concessum, q̄ de cetero nō currant vsure contra aliquem infra etatem existen̄ a tempore mortis antecessoris sui, cui⁹ heres ipse est: vsq; ad legitimam etatem suam: ita tamen

dem q̄ propter hoc non remaneat se
cta cū debiti principalis simul cum q̄
sura ante mortem antecessoris sui
cuius heres ipse est.

De hered per parentes vel per
alios contra pacem vi abducto vel
detento seu maritato ita prouisum
est, q̄ quicunq; larcus qui inde con-
victus fuerit, q̄ puerum aliquem sic
tenuerit, abduxerit, seu maritauc-
rit, reddat perdenti valorem marita-
gij: et pro delicto corpus eius capia-
tur et imprisonetur donec perdenti e-
mendauerit delictum, si puer marita-
tus: et preterea donec domino regi sa-
tisfecerit pro transgr. Et hoc fiat de
herede infra. xiiij. annos existen, de
herede autem cum sit. xiiij. annorum
vel vltra vsq; ad plenam etatem si se
maritauerit sine licentia domini sui
vt ei auferat maritagium suum, et
dominus eius offerat ei rationabile
maritagium, vbi non disperagetur,
domin⁹ suus tunc teneat terram ei⁹
vltra terminū etatis sue scilicet. xxi.
annorum per tm tempus q̄ inde pos-
sit percipere duplicem valorem ma-
ritagij secundum estimationem legū
hominum vel secundum q̄ ei pro eo-
dem maritagio prius fuerit oblatus
sine fraude et malicia, et secundum
q̄ probari poterit in curia domini re
gis.

De dominis qui maritauerint illos
quos habēt in custodia villanis vel
aliis sicut burgens vbi disperagun-
tur, si talis heres fuerit infra. xiiij.
annos, et talis etatis q̄ cōsentire nō
poterit, tunc si parentes conqueran-
tur de illo domino, dominus ille a-

mittat

uitat custodiam vsq; ad etatem he-
redis, et omne commodum, quod in
de perceptum fuerit, conuertatur in
commodum ipsius heredis qui infra
etatem est secundum dispositionem
et prouisionem parentum propter de-
decus ei factum. Si autem fuerit
xxi. annorum et vltra, et consentire
poterit, et tali maritagio consenserit
nulla sequatur pena. Si quis heres
cuiuscunq; fuerit etatis pro domino
suo se noluerit maritare, non compel
latur hoc facere, sed cum ad etatem
pertinuerit, det domino suo et satisfa
ciat ei de tanto quantum perciperé
posset ab aliquo p maritagio ante
q̃ terram suam reciperet, et hoc sine
se voluerit maritare huic non: quia
maritagium eius, qui infra etatem
est, de mero iure pertinet ad domi
num feodi.

7 De narratione dissensus in hac
re de recto ab antecessore a tempore
henrici regis senioris anno et die p
quam est q̃ de cetero non fiat men
tio de tam longinquo tempore, sed a
tempore henrici regis aui nostri, et
locum habeat ista prouisio ad pos
thac esto. Anno regni domini regis
nunc. xxi. et non antea, et breuia pri
us impetrata procedant breuia mo
tus antecessoris de natiuis et de in
gr̃ non excedant vltimum reditum
domini regis Johannis de hybernia
in Angliam, et locum habeat ista
prouisio. &c. vt̃. breuia Noue disseisi
ne non excedant patrem transf. do
mini regis qui nunc est in Gascon. et
locum hẽat ista prouisio a tẽpore hẽ
rici, et bria sup impetrata pcedant.

regis de bastardis, ne forte aliquis natus ante matrimonium posset habere hereditatem, sicut ille qui natus est post matrimonium. Responderunt omnes episcopi, quod nolunt hoc ponere sub isto verbo, et respondere quod hoc esset contra communem formam ecclesie. Et rogaverunt omnes magnates, ut consentirent quod nati ante matrimonium essent legitimi, sicut illi qui nati sunt post matrimonium, quoad successionem hereditariam, quia ecclesia tales habet pro legitimis. Et omnes comites et barones una voce respondebant, quod nolunt leges Anglie mutare, que huc usque usitate sunt et approbate.

Et

Et

Et

Ano gratie. M. CC. lxvij. regni autem domini Henrici filij regis Johannis quinquagesimo secundo, in octaui sancti Martini prouidente ipso domino rege ad regni sui Anglie melioracionem iusticie prout regalis officij expexit vtilitas pleniorem conuocatis discretioribꝰ eiusdem regni tam maioribus ꝙ minoribus prouisum est et statuit ac concordatum et ordinatum, vt cum regnum Anglie multis tribulacionibus et discencionum incomodis nuper esset vexatum reformacione legum et iurium / quibus pax et tranquillitas incolarum indegiat conseruari: ad quod remedium salubre per ipsum regem et suos fideles oportuit adhiberi prouisiones, ordinaciones, et statuta subscripta ab omnibus regni ipsius incolis tam maioribus ꝙ minoribus firmiter et inuiolabiter temporibus perpetuis obseruari. H:3

2 Cum autem tempore turbacionis nuper in regno Anglie subore, et deinceps multi magnates et alij iusticiam indignati fuerint recipere ꝑ dominum regem et curiam suam / ꝑout debuerunt et consueuerunt temporibus predecessorum ipsius domini regis et etiam tempore suo, sed de vicinis suis ꝛ aliis per se ipsos graues vltiones fecerint ꝛ districciones / quousq; redempciones receperint ad voluntatem suam. Et preterea quidam eorum se per ministros domini regis

dictꝫ non permittunt nec sustineant q̄ per ipsos liberentur districtiones quas auctoritate propria fecerunt ad voluntatem suam. Prouisum est, concordat, et concessum, q̄ tam maiores q̄ minores iusticiam habeant et recipiant in curia domini regis: Et nullus de cetero vltiones aut districtiones faciat per voluntatem suā absq̄ consideratione curie domini regis, si forte damnum vel iniuria sibi fiat vnde emendas habere voluerit de vicino suo, siue maiore. Super articulo autem supra dicto prouisum est et concessum, q̄ si quis de cetero vltiones huiusmodi capiat per voluntatem suā absq̄ consideratione cur̄ domini regis (vt predictum est) et inde conuincatur, puniatur per redemptionem, et hoc secundum q̄titatem delicti. Et similiter si vicinus super vicinum suum faciat districtionem sine consideratione cur̄ domini regis per quod damnum habeat, puniatur eodem modo, et hoc secundum quantitatem delicti. Et nihilominus fiant emende plene et sufficienter eis, qui damnum sustinuerint per huiusmodi districtiones.

3 Nullus insuper maior vel minor distringat aliquem ad veniendū ad cur̄ suam, qui non sit de feodo suo, aut super ipsum non habeat iurisdictionem per hundred vel balliuam suam, nec districtiones faciat extra feodum suum seu locum, vbi balliuā non habeat vel iurisdictionē. Et qui contra hoc statutum fecerit, puniat eodem modo, et hoc secundum delicti q̄titatem.

Si

¶ Si quis autem maior vel minor permittere noluerit liberari per ministros domini regis secundum legem et consuetudinem regni districciones, quas fecerit: aut etiam sustinere noluerit summonitiones aut attachiamenta seu executiones iudiciorum eius domini regis fieri: puniatur eodem modo predicto: tanquam se iusticiarij non permittens. Et si quis autem maior vel minor districciones faciat super tenentem suum pro seruitiis et consuetudinibus, que sibi deberi vocat vel pro re alterius: vnde ad dominum feodi pertineat districciones facere: et postea communicatur: q tenens ea sibi non debeat: non ideo punitur dominus per redemptionem: vt in su predictis casibus si permittat districciones deliberari secundum legem et consuetudinem regni, sed amercietur iuxta quod hactenus consuetum est: et tenens domina sua recuperet versus eum.

¶ Nullus de cetero faciat ducere districciones, quas fecerit, extra comitatum, in quo capte fuerint. Et si vicinus hoc fecerit super vicinum suum, et per voluntatem suam: et sine iudicio puniatur per redemptionem vt supra: velut de re contra pacem. Verumtamen si dominus hoc super tenentem suum facere presumpserit, castigetur per grauem misericordiam. Districciones insuper sint rationabiles et non nimis graues: et qui districciones fecerint irrationabiles et indebitas: grauiter amercietur propter excessum districcionum ipsarum.

¶ Magna carta in singulis suis

bunalis teneatur tam in his que ad regem pertinent q̄ ad alios, et hoc coram iustic itinerantibus in suis itinerib⁹: et vic in com suis cum ea que fuerit demandetur: et bacula vel fines eos qui contrauenerint gratis cō cedantur coram rege vel coram iustic itinerantibus/cum in partes illas venerint. Similiter carta de foresta in singulis suis articulis teneatur, et cō trauenientes per dominum regem cum conuicti fuerint, grauiē puniantur, modo supradicto.

¶ De his autem qui p̄mogenitos et heredes suos infra etatem exītes feoffare solent de hereditate sua, vt per hoc amitterent domini feodorum custodias suas, prouisum est concordat et concessum, q̄ occasione huiusmodi feoffamenti nullus capitalis dominus amittat custodiam suam. De his insuper qui de terris suis, quas tradere voluerint ad terminum annorum, vt per hoc domini feodorū amittant custodias suas, falsa fingunt feoffamenta continentia q̄ eis satisfactum est de seruicio suo in alis contenti vsq; ad terminum aliquem, ita q̄ si ad dictum terminum soluere teneantur huiusmodi feoffatu summam aliquam ad valorem terrarum illarum vel in multo excedentem: vt sic post terminum illum terra eorum reuertatur ad ipsos vel ad heredes suos, eo q̄ nemo eam pro tanto tenere curaret. Prouisum est concordat et concessum, vt per huiusmodi fraudem nullus capitalis domin⁹ amittat custodiam suam: verum tñ nō licebit

licebit eis huiusmodi feoffatos sine
iudicio dissaisire, sed breue habeant
de huiusmodi custodia sibi reddenda
et per testes in carta de huiusmodi
feoffamento contentos vna cū aliis
liberis et legis hominibus de patria
et per quantitatem et valorem tenē-
per ītitatem summe, que inde red-
di debeat post terminum attingatur
vtrum huiusmodi feoffamenta bona
fide facta sint an in fraudem ad au-
ferend capitalē dominū feodi custo-
diam suam. Si vero capitalis domini
per iudicium curie in hmōi casibus
recuperarent custodiam suam, salua
sit nihilominus hmōi feoffatis actio
